



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Vtrum semeltantum sit filius missus, an sæpè, I

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Est mutādo locū, quia in mūdo erat. Quapropter *Ad finē c. s. eusdem.*
 pater inuisibilis vna cum filio secum inuisibili, e-
 undem filium visibilem faciendo, misisse eum di-
 stus est. qui si ita visibilis fieret, vt cum patre in-
 uisibilis esse desisteret; id est, si in substantia inui-
 sibilis verbi in creaturam visibilem mutata & trā-
 siens verteretur, ita missus à patre intelligeretur fi-
 lius, vt tantum missus, nō etiam mittens cum pa-
 tre inueniretur. Cū vero sic est accepta forma ser- *Ibidem con-*
ui, vt maneret incommutabilis forma Dei, mani-
festum est, quod à patre & filio non apparentibus
factum sit, quod appareret in filio, id est, ab inuisi-
bili patre cum inuisibili filio, idem ipse filius vi-
sibilis mitteretur.

Summatum colligit quæ ex predictis astruuntur. G

Ex predictis apertè monstratur quod filius mis-
 sus est à patre & spiritu S. & à seipso; & quæ sit i-
 ipsa missio, scilicet incarnatio, id est, quod factus
 est homo, per quod visibilis apparuit: quod est o-
 pus commune patris, & filii, & spiritus sancti.

Questio cur dicit, à meipso non veni. H *con inuo.*

SED ad hoc opponitur: Si filius à seipso missus cap. 5.
 est, cur ergo ait. A meipso non veni? Ad hoc Aug.
 respondet in 2. lib.. de Trin. dicens: Hoc dictum
 esse secundum formam servii, secundum quam
 non fecit ut mitteretur, id est, non operatus est in-
 carnationem, secundum formam Dei.

Vtrum semel tantum missus sit filius, an sepe. I

HIC quæritur, vtrū semel tantum missus sit fi-
 lius an sepe mittatur? Si enim missio filii ipsius tā-
 tum incarnatio est, cum semel tantum incarnati-
 tus sit, & semel tantum videtur missus. At si sepe
 mittitur, est & alia eius missio quam incarnatio.
 Sed quæ est illa?

*Nunquid æterna genitura, missio eius dicenda est, an
 etiam alia missio querenda est.* K

Ad quod dicimus, quod duob⁹ modis dicitur fi-